



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ivdex Magistratvs Senator**

**Zype, Franciscus van der**

**Antverpiæ, 1633**

Cap. X. Vt respectu hostium iustè belletur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14280**

fuerit, si ad Principem missus non statim se obtulerit, & citam remeandi facultatem obtainuerit, si à numeris ad alios numeros transfererit, si agrorum cultui, custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui le dederit, si ciuilem curam assumpsicerit. tot. tit. D. & C. l.

## 12. de re militar.

Igitur miles qui se implicat his delictis, iniuste bellat respectu 7.  
Recip. ac Principis, cui sacramentū præstat; cui corpus sanguinemq;<sup>Hic delicta</sup>; delouet. si ex disciplina militari non bellat, si animosè, audacter,<sup>se implicans</sup>, miles, iniusti fortiterque imperata non facit, si operam, quam iuravit verbis, re,<sup>miles, iniuste</sup> bellat manuque non præstat. Iniuste bellat respectu prouincialium, si ca-<sup>respectu</sup>  
lumniatur, si stipendijs contentus non sit. <sup>Repub. &</sup>  
<sup>prouincia-</sup>  
<sup>lium.</sup>

Eadem Ducum crimina sunt, si consultò non gerant bellum, si ignauè, si temerè, si aduersus ea quæ monuimus turpi errore pec-  
cent, si prouinciales, si socios expilari sinant.

Est & infame atque hodie nimis frequens Ducum atq; militum 8.  
commune delictum, vt in censu militum subormentur ad numeros <sup>Maxime</sup> explendos, qui verè milites non sunt, vt cùm stipendia pro 1000. <sup>cum stipen-</sup>  
supputantur, sæpè non sint 800. inde nudatæ necessarijs præsidijis <sup>dia falsis</sup> numeris  
arces, acies, alarum atque cornuum robore periclitantur, fugantur, <sup>accipi-  
tur.</sup> deduntur. magnum piaculum furtis omnibus grauius.

## C A P V T X.

## Vt respectu hostium iuste belletur.

**P**orrò respectu hostium præter causæ iniustitiam, de qua initio 1.  
diximus, non iuste geritur bellum, cùm ea quæ iure gentium <sup>Respectu</sup> recepta sunt, non seruantur. cùm fides hosti data violatur: <sup>hostium nō</sup> iuste geri-  
cùm fœdera, pacta, induciæ infringuntur; repræsaliae, pignoratio-<sup>tur bellum,</sup>  
nes, litteræ marçæ temerè decernuntur, aut temere ijs ansa præ-<sup>cum fides,</sup>  
statur. de quibus paulò latius infra. Id ad omnia pertinet, vt promissis <sup>pacta, bellis</sup> iura, &c.  
stetur, vt fides seruetur. Omnibus quidem, vt alibi latius diximus, hic <sup>non ser-</sup>  
de ea agimus quæ hosti data est, seruanda. Fides, inquit D. August. re-<sup>uantur.</sup>  
latus c. noli 23. q. 1. quando promittitur etiam hosti seruanda est, contra quem 2.  
bellum geritur. non tantum quo ad pacis & induciarum fœdera, sed <sup>Fides hosti</sup> pugnam etiam & conflictum. Ita leges XII. Tabul. si status dies sit <sup>seruanda</sup> pace &  
cum hoste, venito. Dignissimum sanè fidei hosti seruatæ exemplum est bello.  
Sexti Pompeij. Augustum, & Antonium sub fide in nauem & potestate  
recepérat, mergere vndis poterat, & ipse ad Imperium emer-  
gēre: maluit Imperij gloriâ carere, quām fidei violatæ infamiam ad  
posteros transmittere. Gloriosum similiter illorum apud Liu. l. 5.

vos fidem in bello quam presentem victoriam maluistis, nos fidei revocati victoriam ultrò detulimus. & Augustus Caracotæ latronum Duci fidem seruauit, præmiumque ipsi dedit, qui seipsum stiterat, quod ei promiserat, qui adduceret. Dion. lib. 56.

Enim uero quamuis dura, quamuis grauia sunt, que hostibus promittuntur, seruanda est tamen fides, quamuis etiam illicita stipulatis exactio, non tamen promittentibus præstatio, fides & iussera.

<sup>3.</sup> *Nisi presta-*  
*tio ipsa pec-*  
*catum in-*  
*solvatur.*

dum implendum est. c. debitores de iure iur. & alibi passim. Si tamen etiam præstatio iniuriam inuoluit, non potest iuramentum esse vinculum iniuriae. male iuratur; iniquius præstatur. quare in male promissis, ait Isidorus, rescinde fidem. cap. in malis 22. q. 4. quod etiam licet, si prius hostis fidem refellerit. reciprocus est enim nexus, quem prior fidem qui soluit sibi, soluit & aduersario. Nec tu, inquit Gregorius Regis regis.

<sup>4.</sup> *Ait hostis*  
*prior fidem*  
*refellerit.*

Francorum, etiam si promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione interposita conditione firmasses, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minimè paruisse. c. 3. de Iuram. conditionem singula promissorum capita habent seruatæ ab aduersario fidei. unde apud Thucydidem soluti foederis culpam sustinent, non qui deserti ad alios se conferunt, sed qui quam iuratò promiserant opem, re non præstant. ita quidem si non aliter conuenerit, ut solet ferre: ne ob quascumque etiam leues offensas liceat omnia dissoluere foederis capita.

<sup>5.</sup> *In eodem*  
*negocio ac*  
*tempore.*

Quin etiam aliæ decepti, iam non debent decipere. Indo-Vale. de Romanis & Carthaginensisbus: Senatus, inquit, non eos quibus hoc perfidiam vultus contra Romanam dignitatem barbaros imitabatur. siquidem nullam excusationem receperunt maiores nostri, inquit Seneca, ut homines scirent fidem utique præstandam. satius enim erat à paucis etiam iustum excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.

<sup>6.</sup> *Non aliæ*  
*quaesito*  
*pretextu.*

Post initam pacem, inquit Cicero, si quid est commissum, id non negletum, sed violatum putatur; nec imprudentie, sed perfidie assignatur. Solet dicere Augustus illis quibuscum ageret, se esse bona fidei.

Euryocrates Lacedæmonius rogatus cur Ephori adeò intenderent in obseruantiam fidei priuatæ, Ut assuererent, inquit, cum hoste bona fide agere.

Quem bellantem, et si dolo bono & insidijs decipere liceat, tamen ubi fide, inquit Livius, fædere, pacto, iuramento transfigitur, ius gentium, ius publicum, ius diuinum prævalere oportet. instar Dei promitteris; que procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Optime ergo ille; Fæderibus freti Græci Barbari conuenimus, inimici commercia inuicem, & cum priuatas inimicitias tum bella armaque deponimus, hoc uno, tanquam communis bono omnes homines utimur.

Fidem

Fidem frangit, qui hosti eius, cum quo pacem inisit, pecuniam aut militem mittit. Cerites apud Linium excusantur, quod inueniunt tantum suo, non publico consilio aduersus amicos militasset: idemque de Aetolis (quod hodie ferè Helvetijs conuerit) Iuuentum, inquit, aduersus suos socios, publica tantum auctoritate demptâ, militare sumunt, & contrariae sèpè acies in utraque parte Aetolica auxilia habent.

Sed an fides prætenda sit à Rege, qui iuramento, seu regni legibus nullam regni partem imminuere potest, cladibus tamen bellis coactus, seruando corpori, ut bonus medicus, partem præsttim belli iure iam occupatam, seu alias ambiguo iure cōtrouersam, pacis legibus abscondi passus est? non est dubium quin Rex, cui belandi ius est, cui summa belli & pacis competit, iure omnium gentium eiusmodi pacta seruare teneatur. qui id negant, ij necessario fanteantur oportet Regem illum non esse absolutæ auctoritatis, cui non competit arma sumere, aut ponere, prout ei ex Republ. esse videbitur: sed tantum ut Consulem Posthumum cum Samnitibus paciscentem, iniussu Populi Romani de ijs, quæ supra eius Imperium erant. quæ Populus idèo ipso suadente rescidit, eumque Samnitibus loris constrictum deditum misit. Ut mirandum sit Gallos scriptores aliquos etiamnum pacem Madriliensem anni 1526. disputare, qui Regi suo tam absolutum Imperium arrogant, ut nec minimam supremitatis notam ei velint deesse. Leges sane regnorū & inrameta de nō minuendo regno, quæ nullos Europæ Reges non præstare existimo, lubitum & arbitria Regum spectant, non vero pacem & fœdera, quæ necessitas, cui lex nulla scripta est, seruando regno excusserit. is est sensus cōmunis, & omnium populorum iudicium. qui se gentiū iuri eximit, fraudi speciem iuris imponit, cum eo nullum commercium, aquæ aut ignis cōmunicationē esse oporteat.

## C A P V T XI.

## Vt respectu mediorum iuste belletur.

**I**N IUSTE ETIAM BELLUM GERIETUR, SI MEDIOS ILLICITIS UTAMUR. NON ENIM finis bonus media natura sui illicita facit licita, atque bona. ad in iuste geritur bellum si illicite medios.

COQUE INCANTATIONIBUS, STRIGUM, SAGARUMQUE SUBSIDIJS EXERCITI vincere si possis, nō licet, nō genios malos in auxilia vocare: ut quāuis bona causa ad sint, non pari modo eos, qui causam eiusmodi generum agant. atq; ita non infideles, barbaras, idololatras gentes, vt causa bona patrocinetur. nisi habeantur taliter, vt nihil de bellis iustitia imminuant. tunc etenim cum innoxia instrumenta sint, non